WOLLENBERG

PROGRAMME

D'INVITATION

A

L'EXAMEN PUBLIC

DU

COLLÉGE ROYAL FRANÇAIS.

FIXÉ

AU

1er OCTOBRE 1862.

CONTENU.

1. LXIII LOCOS EX HERODOTO EXCERPTOS QUI EX CONLECTANEIS CONSTANTINI AUGUSTI PORPHYROGENETAE ΠΕΡῚ ἈΡΕΤῆΣ ΚΑῚ ΚΑΚΊΑΣ IN CODICE PEIRESCIANO EXTANT RECENSUIT IULIUS WOLLENBERG.
2. TABLEAU HISTORIQUE DU COLLÉGE PENDANT L'ANNÉE 1861/62

BERLIN.
IMPRIMERIE DE J.-F. STARCKE.

Henricus Valesius cum duce libro Peiresciano historicorum graecorum excerpta ex conlectaneis Constantini Augusti Porphyrogenetae A. CIↃIↃCXXXIIII. primus ederet, cum alia multa tum tres et sexaginta locos ex Herodoto excerptos qui in praestantissimo illo codice seculi decimi extant intactos reliquit: qui neglecti iacuerunt donec paucis abhinc annis E. Gros, V. D., in praefatione ad editionem suam historiae romanae Cassii Dionis (tome I. Introduction p. lxxxj.) hisce verbis eorum mentionem fecit: ‚*En collationant les extraits d'Hérodote, contenus dans le manuscrit de Tours, sur l'édition de H. Étienne et sur celle de Schweighaeuser, j'ai constaté que dans celle-ci plusieurs leçons fautives ou douteuses dans Étienne, ont été remplacées par des leçons qui sont confirmées par ce manuscrit; preuve évidente qu'il concorde avec les meilleurs de Schweighaeuser. Je suis heureux de rendre en même temps hommage à l'érudition et à la sagacité d'Étienne dont plusieurs conjectures consignées dans les annotations marginales, se trouvent justifiées par le manuscrit de Tours*'. sed mirum sane quod E. Gros in conferenda editione Schweighaeuseriana non animadvertit librum Peirescianum (*p*.), praeter multas lectiones quas communes habet cum libris *a* et *S*, ubique fere concinere cum codice *F* cuius haec legitur apud Schweighaeuserum laudatio: ‚*Quem codicem nota F. distinxi, membranaceus ille est, olim Florentinus, cuius usuram ad hunc usque diem concessam Creuzero debeo, et illustris Schellershemii beneficio. Vetustatem ejus quum ipsa membranarum conditio declarat, tum antiquus scripturae modulus; ita quidem ut prorsus mihi videatur idem ipse codex esse, cujus Bern. de Montfaucon in Biblioth. Bibliothecar. t. I. p. 414. D. his verbis meminit: „Codex elegans x. seculi membranaceus: Herodoti Historiae". Esse hunc codicem ex eadem cum Pass. Ask. et Med. familia, e lectionibus quas inde protulimus facile adparet. Nec vero e Mediceo descriptus est, cum quo de principatu etiam videtur contendere posse; sed e vetustiore fonte derivatus probas multas praefert lectiones, ubi aut in vitio haeret Mediceus, aut ubi nihil a Gronovio e Med. prolatum est, quod a minus proba scriptura, quae olim vulgata erat, discedat*'. ut plane taceam de scripturae consensu quem infra notabo, utrumque librum mirum quantum inter se conspirare vel maxime cernitur et in mutato verborum ordine et in eis quae uterque vulgata lectione plus minusve exhibet. Atque mutati quidem verborum ordinis vide haec exempla: A 31 36 (*ed. Bekkerianae alterius.*

Berol. CIƆIƆCCCXLV.): δοῦναι τὴν θεὸν: τὴν θεὸν δοῦναι *p* (i. e. Peiresc.) *Fa* (notae librorum eaedem sunt quibus Gaisfordius usus est). — *Bek.* A 86 p. 38 20 δοκέοντας ὀλβίους: ὀλβ. δοκ. *pFS.* — ibid. 23 τὰ εἶπε Κροῖσος: τὰ Κρ. εἶπε *pKSF.* — A 159 25 κελεύοντες Κυμαίους: Κυμ. κελ. *pFK.* — A 160 p. 70 5 ἐς Μυτιλήνην αὐτὸν ἐκπέμπουσι: ἐκπ. αὐτὸν ἐς M. *pMF.* — B 77 30 τῶν ὡρέων ἐμοὶ δοκέειν εἵνεκεν: τῶνωρέων δοκεειν μοι εἵνεκα *p* [δοκέειν ἐμοὶ *F*; εἵνεκα *MKF*]. — B 124 p. 148 15 δέκα μὲν ἔτεα: δέκα ἔτεα μὲν *pFS.* — Δ 154 39 εἶναι καὶ τῷ ἔργῳ μητρυιῇ: κ. τῷ ἔργ. εἶναι μ. *pSF.* — Omissionum deinde notanda sunt haec exempla: A 8 14 μέγα om. *pMFac.* — Γ 19 12 *Bek.* ὁρκίοισί τε γὰρ: τε om. *pF.* — Γ 37 p. 191 4 ὁμοῖα τοῖσι τοῦ Ἡφαίστου: τοῖσι om. *pMKPF.* — Γ 130 p. 230 17 τὸν Δημοκήδεα: artic. om. *pSPKF.* — Γ 131 24 ταύτην τῷ πρώτῳ: τῷ om. *pFc.* — E 27 p. 324 4 στρατὸν τὸν ἀπὸ Σκυθέων: artic. om. *pPFb.* — Z c. 122 totum om. *p* cum *MKPFbBek.* in textu. — Z 123 17 οἱ Πεισιστρατίδαι: artic. om. *pFaS.* — Z 125 14 μέγαν om. *pMKFP,* sed hic in margine agnoscit. — H 164 25 τὴν τυραννίδα: om. artic. *pFaS.* — H 165 p. 477 12 μιν om. *pSVPKFa.* — I 116 29 *Bek.* γῆν τὴν σὴν cum SV: om. artic. *Fa* al. — plus autem vulgata lectione exhibetur hisce locis: B 124 p. 148 7 post θυσιέων addit τουτέων *p* cum *MFadAld.*. — Z 125 20 *Bek.* χρυσοῦ: τοῦ χρυσοῦ *pF.* — H 165 40 ἐν Σικελίῃ: ἐν τῇ Σ. *pF.* — Θ 106 p. 539 14 τίς ἐργάσατο: τίς σε (*p.* τίσε) προγόνων ἐργ. *pFadAld.* — neque vero a me inpetrare possum ut additamentorum quoddam genus huc arcessam, de quo cogitavisse videtur E. Gros cum post verba quae supra laudavi ita pergeret: ‚*Ce manuscrit fournit un grand nombre de bonnes leçons, mais il renferme peu de passages nouveaux; car on ne doit point regarder comme tels les additions faites par le compilateur en tête de divers extraits, pour en rendre le commencement plus intelligible, ou pour mettre le lecteur au courant des événements. — Voici pourtant quelques lignes nouvelles dans . . . . Hérodote.* (*Je mets entre crochets les passages nouveaux*). *Liv. iij* 133 (14 *Bek.*) Δεήσεσθαι δὲ οὐδενὸς τῶν ὅσα ἐς αἰσχύνην ἐστὶ φέροντα. [καὶ ἠτήσατο τὴν ἐς Ἑλλάδα ἄφιξιν]. — *Liv. vij* 213 (31 *Bek.*) Ἀπέθανε ὑπὸ Ἀθηνάδεω ἀνδρὸς τρηχινίου. [καὶ οὗτός ἐστιν ὁ περιηγησάμενος τὸ ὄρος.]': vereor enim ne nostri homines cachinnum tollant, cum hoc novae quae nimirum editori Gallo visa est Iadis genus noverint, idque eo magis quod per se satis videtur patere epitomatorem cum haec adderet quasi concinnare excerpta atque in quadrum redigere conatum esse.

Quamquam codex *p*, ut ipse de optimi libri praestantia aliquid detraham, triplici mendorum genere saepe numero laborat. quorum gravissimum in eo positum est quod, cum hi Herodoti loci medii inter ea legantur (cf. Gros l. l. p. lxvj) quae e Nicolai Damasceni atque e Marcellini scriptis excerpta sunt, librarii neglegentia ac socordia non numquam formae atticae in textum inrepserunt: neque vero id tam saepe factum est ut non multo saepius formae ionicae occurrant. deinde autem, id quod iam superiore anno cum haec eadem scribendi opportunitas ad me delata esset in recensendis Ioannis Antiocheni

excerptis notavi, librarius multis locis accentus aut spiritus vel prorsus omisit vel perperam posuit: accedit denique quod librarius nimirum graecus — Peirescius enim (cf. Valesii praefat.) librum ex insula Cypro suis sumptibus in Galliam advexerat — multas voces perinde scripsit ac sonarent.

Cum igitur haec Excerpta recensere animum induxerim, paucissimis exponam quod in singulis adornandis consilium secutus sim. ac primum quidem, cum longus esse nollem, non ipsa Excerpta sed eas tantum lectiones exhibui in quibus discrepat *p* cum altera editione Bekkeriana cui inter omnes quae circumferuntur primas deferre non dubito. qua in re siquas praebebat *p* lectiones quas ex ipsis Excc. emendare licebat, statim, locis illis qui veriore lectione insignes erant adscriptis, hoc munere functus sum; si minus licebat, religiose id indicavi. ubicumque autem in *p* lectio occurrebat quae aut nova erat aut memoratu digna esse videbatur, asteriscum adpinxi, sicuti in recensendis Ioannis Antiocheni Excc. feceram. deinde vero cum summa difficultas non tam in textu constituendo quam in dialecto Herodotea sive stabilienda sive restituenda sita sit, etiam alias, ubi de dialecto agebatur, editiones advocavi, atque in primis quidem eas quae prodierunt auctoribus Lhardy (*Lh.*), Dindorfio (*D*), Steinio (*s*), K. Abichtio (*k*): quas cur elegerim, paucis videtur esse explicandum. inter nostrates igitur posteaquam primus *Struvius* certa quaedam de relativi pronominis usu et formis, de declinatione nominum in ευς exeuntium, deque orthographia vocabuli θωῦμα et derivatorum statuit (cf. *Quaestionum de dialecto Herodoti specimina tria scripsit Dr. C. L. Struve. Regimontii* 1828. 1829. 1830.) atque in his quidem rebus certam quandam normam sequendam esse praeclare docuit, alii viri docti quae inchoaverat ille persecuti ac de constituenda dialecto Herodoti optime meriti sunt. quo in numero facile princeps est *Immanuel Bekkerus* qui iam priore Herodoti recensione (Berol. 1833.) omnes qui ante eandem provinciam administraverant longe superavit. sed cum multa accuratius etiam investiganda perscrutandaque essent, *H. B. Lhardy*, praesidium nostrum et dulce decus, Struvii rationem secutus *priore* — (malim quod ipse Lhardy tunc scripsit *primo*) — quaestionum de dialecto Herodoti capite (Berol. 1844.) quid *de augmento* statuendum esset tanta diligentia et perspicacitate commentatus est, ut Bekkerus in alteram editionem (a. 1845.) omnes fere quas Lh. proposuerat emendationes receperit. edidit postea Lhardy alterum quaestionum de dialecto Herodoti caput (Berol. 1846.) quod inscripsit *,de formis contractis verborum in* αω *exeuntium'*: atque harum quidem rationem quam acute perspexerit, vel ex eis quas codex *p* praebet lectionibus luculenter adparebit. sed eodem fere tempore haud frustra summam operam atque industriam in stabilienda dialecto Herodotea conlocavit *Ferd. Iul. Caes. Bredovius* qui *quaestionum criticarum de dialecto Herodotea libros quattuor scripsit* (Lipsiae. 1846.), in quibus Struvii rationem et ipse secutus universum laborem primus absolvere studuit. idem munus postea susceperunt *Guilielmus Dindorfius* qui (Parisiis. 1855.) *Herodoti Historiarum libros novem recognovit et commentationem de dialecto Herodoti praemisit*, et novissimus Herodoti editor, *K. Abichtius* qui

praeter alia quae iterata libri Medicei conlatione nixus ea de re scripsit, in praefatione editionis suae (Lipsiae. 1861.) duodecim pagellis (29—40) totam hanc quaestionem omnium difficillimam pertractavit. sed quod omnes hi viri doctissimi quamquam eandem fere investigandi rationem secuti erant, in diversas tamen partes abierunt, caussam habes cur has potissimum editiones adhibuerim: cum enim *Bekkerus*, si ad rem criticam spectas, ipsius scriptoris orationem optime constituerit, *Lhardy Dindorfius Abichtius* quae ipsi indagaverant, *Steinius* quae *Bredovius* commentatus erat, in sua quisque editione exhibuerunt. non numquam, sed raro id factum est, etiam editionis *Kruegerianae* (*Kr.*) et *Gaisfordianae* rationem habui: contra ex eis quae *I. C. F. Baehrius* summa cum assiduitate undecumque congessit atque accumulavit, quoniam de re critica agebatur, nullum usum percipere potui. ubicumque igitur difficultas quaedam in dialecto posita occurrebat, statim ad ipsam illam, in qua inerat, lectionem quid ea de re ex his Excerptis statuendum esse videretur quam paucissimis potui verbis adnotavi: sed in illis rebus quoniam saepissime *p* cum Bekkeri lectione conspirabat, omnes illas lectiones, ne ordo a me institutus perverteretur, uncis inclusi. denique, quod illa quaestio haud ita paucis absolvi poterat, in extrema dissertatione quid de verbis contractis ex codice *p* effici possit breviter exposui: quo facto aliquot locos indicavi qui apud Herodotum alienis verbis videntur adulterati esse.

Leguntur autem quae ex Herodoto excerpta sunt in codice Peiresciano (cf. Gros. l. l. p. lxvj), quoniam foliorum ordo saepe interruptus est, foll. 164—167 et 184—190. titulus praefixus est hic: ΠΕΡῚ ᾿ΑΡΕΤῆC ΚΑῚ ΚΑΚΊΑC, atque in margine: ΕΚ ΤῆC ΪCΤΟΡΙΑC ΗΡΟΔΟΤΟV ῾ΑΛΙΚΑΡΝΗCCΕΏC. in fine autem Excerptorum subscripta sunt haec: ΤΕΛ°/ ΤΗC ΪCΤΟΡΙΑC ΗΡΟΔΟΤΟV. π̄ε ΑΡΕΤΗC ΚΑῚ ΚΑΚΊΑC.

Excerptum j. A cc. 8—10 p. 4 2 — 5 5. Ὅτι ὁ Κανδαύλησ ὁ τῶν σαρδίων τύραννοσ ἠράσθη τῆσ ἑωυτοῦ γυναικόσ (3) *Bek.* ἐνόμιζέ: *p* ἐνόμιζε 4 πολλὸν: πολλῶν. idem mendum saepe est notandum. sic *p* infra c. 9 30 τούτων pro τοῦτον, 10 39 κατανότου pro κατὰ νώτου 5 γάρ οἱ: γὰρ οἱ 6 [*pBek.Lh.s* Δασκύλου: *Dk* Δασκύλεω] τούτῳ τῷ: τούτω τῶι 8 δὴ καὶ τὸ εἶδος: *p* om. καὶ cf. I 34 22, Exc. lviij 10 [*pBek.Lh.k* Γύγην: *Ds* Γύγεα, cf. infra 37] om. 12 ὦτα — 13 ὀφθαλμῶν 13 *Bek.Lh.* θεήσεαι: *pDks* θηήσεαι, sed cf. infra 16 14 δὲ μέγα ἀμβώσας: δ' ἀμβώσασ cum *MFac.* sed l. δὲ conl. Γ 130 40 16 *Bek.Lh.* θεήσασθαι [*Dks* θηήσασθαι]: *p* cum *VS* θεάσασθαι, sed 32 cum *Bek.Lh.D* θεήσασθαι [*ks* θηήσασθαι] om. 17 πάλαι — 19 τὰ ἑωυτοῦ 20 καί σεο: καὶ σε 22 [*pBek.Lh.* ἐξ αὐτέων: *Dks* ἐξ αὐτῶν] cf. quae exposui ad Θ 118 80, Exc. lvij c. 9 23 ὁ δὲ ἀμείβετο τοισίδε cum *Schaefero:* ὁ δ' (sed l. δὲ conl. Γ 130 40) ἀμείβετο τοῖσδε (τοῖσδε cum *ABMFac*). item legitur τοῖσδε A 159 40 θάρσεε: θάρση [*pBek.Lh.Ds* φοβεῦ: *k* φοβέεο] 24 ὥς σεο: ὡσ σέο [*pBek.Lh.D* †πειρώμενος: *ks* πειρεόμενος] 25 μή τί τοι: μήτι τοι 26 [*pBek.Lh.ks* μαθεῖν:

D μαθέειν] 28 [*pBek.Lh.D* †κοιμώμεθα: *ks* κοιμεόμεθα] 30 [*pBek.Lh.* κεῖται: *Dks* κέεται] vd. ad H 36 34, Exc. xlv ἐπὶ τοῦτον τῶν ἱματίων: ἐπὶ τούτων τῶν ἵματίων, quod idem mendum vd. supra 4 31 κατ' ἓν: κατὰ ἓν. similiter *p* I 73 27 κατὰ 'Ελένης (*Bek.* κατ' 'Ελ.) et B 124 16 κατὰ τὴν, ubi ex Struvii praeceptis (Specim. I p. 13 ss. cum *Bek.* κατ' ἣν scribendum est. sed propter κατ' ἡσυχίην quod subsequitur et propter E 92 6) 4 κατ' ἀρχὰς non erit dubium quin apostrophus omnibus his locis admittendus sit. ἐκδύνουσα: ἐκδύουσα κατ' ἡσυχίην: κατησυχίην 33 στείχῃ: στίχηι cum *MPF* κατὰ νώτου: κατανώτου 34 ὄχως: ὅπωσ, sed recte ex. gr. 8 13 ὄχως c. 10 35 [*pBek.Lh.D* διαφυγέειν: *ks* διαφυγεῖν] sed propter similes formas λαβεῖν A 119 p. 58 15, καταλαβεῖν A 87 34 et H 230 20, ὑπολαβεῖν Θ 118 24, ἀποθανεῖν H 230 22 et I 71 p. 585 10, ἀποταμεῖν H 35 33 et Θ 118 30, διαταμεῖν H 39 33 hoc loco vel refragante libro διαφυγεῖν et infra p. 5 3 suffragante libro μαθεῖν scribendum erit, praesertim cum supra 9 26 omnes praeter *D* in forma μαθεῖν consentiant. 36 ἐδόκεε ὥρη: ἐδοχε εώρη 37 (cf. supra 10) [*pBek.Lh.Ds* Γύγεα: *k* Γύγην] cf. ad I 116 27, Exc. lxiij 39 εἵματα: †ἱμάτια, cf. supra 30 κατὰ νώτου (cf. 33): κατανότου [*pBek.Lh.D* ἐθηεῖτο cum *MaFpr.*: *ks* ἐθηέετο] p. 5 1 ἐπορᾷ μιν: ἐπορᾶι μεν 2 *Bek.Lh.ks* ἀνέβωσε, *D* ἀνέβωσεν: *p* ἀνεβώησε, sed cf. 8 14 3 (cf. 9·26) *Bek.Lh.D* μαθέειν: *pks* †μαθεῖν cum *SMFabcd;* vide supra ad 10 35 [*pBek.Lh.Ds* Κανδαύλεα: *k* Κανδαύλην] vd. ad I 116 27, Exc. lxiij 4 post Λυδοῖσι pergitur: αἰσχύνην μεγάλην φέρει γυμνὸν ὁρᾶσθαι τινα. fin..

Exc. ij. A 30 5—18. Ὅτι τελλω τῶι ἀθηναίωι τοῦτο μὲν 6 πόλιος: πόλεωσ, vd. ad A 31 28, Exc. iij *Bek.Lh.D* ἔσαν: *pksKr.*† ἦσαν, idque constanter cf. A 31 20, Z 123 14. 18, 124 28, 125 p. 409 3. κἀγαθοί: †καὶ ἀγαθοί. videtur enim illa crasis non tam ex more Herodoti quam Atticorum fuisse. cf. Bredov. l. l. p. 201 7 σφι: σφιν. quater et triciens hoc ν̄ ἐφελκ. quo vel optimi libri laborant in Excerpta inrepsit. 11 [*pBek.Lh.s* βοηθήσας: *Dk* βωθήσας] cf. A 159 38, H 165 p. 477 2 12 δημοσίῃ τε ἔθαψαν: δημοσίη ἔθαψαν 13 τῇ περ: τῆι παρ μεγάλωσ. fin..

Ex. iij. A 31 p. 12 17 — 13 1. Ὅτι κλεοβι καὶ βίτωνι· τούτοισι ἐουσι μενοσ (l. γένος) ἀργείοισι (18) 20 *Bek.Lh.D* ἔσαν: *pks* †ἦσαν cum *SVal.* ὀρτῆς: ἑορτῆσ. corrigendum ex ὀρτήν Γ 48 20 et E 92 7) p. 353 4 22 ζεύγεϊ: ζεύγει cf. infra 39 ἱρόν: ἵερόν, vd. 27 23 ἐκκληιόμενοι: ἐκκληόμενοι. idem mendum notandum est B 124 p. 148 6, Δ 78 p. 270 16 24 ὑποδύντες: ὑποδοῦντεσ 25 ὠχέετο: ὤιχετο 26 τεσσεράκοντα cum *Mc*: τεσσαράκοντα cum *plerisque al.* 27 ἱρόν: ἵερόν cum *S.* idem mendum occurrit in formis ἱερόν supra 22, H 33 14; ἱεροῦ A 160 11, Γ 48 17; ἱερῷ infra 38; ἱερὰ B 124 7; ἱερέα Γ 191 3; καλλιερῆσαι H 134 35, quae corrigendae sunt ex ἱρὸν Γ 37 34 et p. 191 2, Z 118 p. 407 6; ἱροῦ Γ 48 18, Z 118 p. 407 4; ἱρὰ Δ 78 p. 270 21; ἱροῖσι Γ 191 9; ἱρὴν Γ 33 29; καθιρώσας (l. κατιρώσας) A 92 p. 42 2.

28 πανηγύριος: πανηγύρεοσ. perperam supra quoque A 30 p. 12 6 πόλεως. sed emendandae sunt hae formae ex his quae recte leguntur in *p:* A 159 p. 70 2 ἐκδόσιος, Δ 78 p. 270 10 παιδεύσιος, H 229 p. 500 15 προφάσιος, Θ 105 34 πίστιος. ἀρίστη: ἀρίστου 31 νεηνιέων: νεηνίων cum *Fd* 33 περιχαρὴς ἐοῦσα: περι χαρῆσ γεοῦσα (i. e. †γ' ἐοῦσα vel potius γε ἐοῦσα). vd. ad Γ 130 40, Exc. xxiij φήμῃ: φήμη 34 στᾶσα ἀντίον: †στᾶσα δὲ ἀντίον 36 δοῦναι τὴν θεὸν: τὴν θεὸν δοῦναι cum *Fa* τὸ ἀνθρώπῳ: τῶι ἄνωι 37 ἐστι: ἐστιν 38 ἱρῷ: ἵερῶι cum *S.* cf. supra 27 39 τέλεϊ τούτῳ: τέλει τούτω. in dativis sing. tertiae declinationis sexiens tantum vocalium diaeresis in Excc. reperitur his locis: Γ 125 32 Πολυκράτεϊ, Δ 154 p. 297 11 πελάγεϊ et quater ἔτεϊ Γ 131 25. 27. 28. 29. Hinc corrigas hunc locum, supra 22 ζεύγει, A 119 p. 54 6 Ἀστυάγει, Γ 131 22 et 132 p. 231 2 Πολυκράτει, Θ 118 21 Ὑδάρνει, I 34 23 Ἄργει, B 124 10 ὄρει, Γ 130 p. 230 17 δαψιλέι, I 73 29 πλήθει ac denique βασιλεῖ Γ 132 37 et p. 231 5, H 233 40 et p. 501 2, Θ 104 20. 40 post ποιησάμενοι *p* inepte addit ἀργεῖαι p. 13 1 γενομένων. fin..

Exc. iiij. A 86. 87. p. 38 2 — 36. Ὅτι τῶι κροίσωι ἑστεῶτι 5 ζωόντων: ζώντων. cf. infra 26 6 προσστῆναι: προστῆναι. idem mendum occurrit A 119 14 (προστάντεσ pro προσστάντες), Γ 48 14 (προσχόντων pro προσσχόντων) 7 ἡσυχίης: ἡσυχίασ, sed recte ex. gr. κατ' ἡσυχίην A 9 31, Exc. i οὐνομάσαι: ὀνομάσαι. idem mendum revertitur Γ 33 29 ὀνομάζουσι. sed recte legitur in *p* Γ 130 p. 230 19, Δ 155 17 et H 232 30 οὔνομα. ut statim de similibus vocibus dicam, cum male scriptum sit νόσους B 77 28 et I 34 25 νόσου, recte legitur νοῦσος Z 75 24 et Γ 33 28 νοῦσον. — sine ulla extat varietate Γ 30 p. 187 5 et Z 121 9 μοῦνος, I 33 p. 570 18 μούνοισι, Δ 203 36 μούνην. — similiter propter analogiam cum Bekkero reponendum est οὖρος quod *p* non agnoscit, nam scriptum est ὄρος B 124 13, ὄρεος H 213 25, ὄρει B 124 10. 8 Σόλωνα: σόλων cum *MKal.* 13 *Bek.D* εἰρωτεώμενον, *ks* εἰρωτεόμενον, *Lh.* †εἰρωτώμενον: *p* ἐρωτώμενον cum *MKSFabcde.* (sed ubique praeterea in *p* legitur εἰρωτᾶν) [*pBek.Lh.ks* εἰπεῖν: *D* εἶπαι] 14 ἔφραζε, πάλιν: ἔφραζεν πολλὴν *Bek.Dks* ἐπειρώτεον: *pLh.* †ἐπειρώτων cum *MKabc* om. 15 καὶ ὄχλον παρεχόντων 16 ἦλθε: ἦλθεν [*pBek.Lh.* θεησάμενος: *Dks* θηησάμενος] 18 ἀποβεβήκοι: ἀποβεβήκεοι i. e. †ἀποβέβηκέ οἱ quod si, deleta voce antecedente αὐτῷ, admittitur, plane respondet eis quae 15 praecedunt ὡς ἦλθε εἶπε: εἶπεν 20 δοκέοντας ὀλβίους: ὀλβίουσ δοκέοντασ cum *FS* 23 τὰ εἶπε Κροῖσος: τὰ κροῖσοσ εἶπε cum *KSF* 26 ζώοντα: ζῶντα. similiter *p* supra 5 ζώντων et H 33 12 ζῶντα, quae formae corrigendae sunt ex eo quod recte in ipso codice legitur Γ 35 38 ζώοντας. nam infinitivus est ζώειν cf. A 31 30, Exc. iij. 27 ἀνθρώποισι: ἄνοισ 30 [*pBek.Lh.* †πειρωμένους: *D* πειρεωμένους, *ks* πειρεομένους] c. 87 31 ἐνθαῦτα: ἔνθα ταῦτα 31 [*pBek.Lh.ks* καταλαβεῖν: *D* καταλαβέειν] [*pBek.Lh.ks* ἐπικαλεόμενον: *D* ἐπικαλεύμενον] 36 ῥύσασθαί μιν: †ρυσασθαι αὐτὸν cum *MKFac* post κακοῦ legitur: καὶ ἐξαπίνησ ὤμβρου (l. ὄμβρου)

καταρραγέντοσ σβεσθῆναι τὴν πυρήν· καὶ ἔμαθεν (l. ἔμαθε) ὁ κῦροσ ὡσ ὁ κρῦσοσ (l. Κροῖσος) εἴη (p. 39 1) καὶ θεοφιλὴς καὶ ἀνὴρ ἀγαθόσ. fin..

Exc. v. A 92 p. 41 35 — 42 3. Ὅτι κροῖσοσ ἐκ καείρησ ἦν γυναικὸς p. 42 1 κνάφου cum lexic. Herodot. Hesych. Suid.: κναφηΐου cum *libris omnibus* 2 κατιρώσας: καθιρώσασ. male praeterea aspirata pro tenui legitur in eis quae epitomator addidit post Γ 133 14 (ἄφιξιν), Δ 203 p. 314 4 (ἐφόδια) et I 116 23 (ὀφελόμενος). sed sexcentiens recte scripsit. 3 τρόπῳ τῷ εἰρημένῳ: τρόπω τῶι ἠρημένω. sed recte ex. gr. εἰρημένον A 86 p. 38 5 et quod subsequitur εἴρηται. εἴρηται. fin..

Ex. vj. (cf. A 107 8. 9.) Ὅτι ὁ καμβύσησ ὁ πέρσησ ὁ τῆσ μανδάνησ ἀνὴρ οἰκίησ μὲν ἦν ἀγαθῆσ τρόπου δὲ ἡσυχίου. fin..

Ex. vij. A 119 p. 54 1 — 24. Ὅτι ἀστυάγησ ὡσ οἱ ἀπίκετο ὁ αρπάγου παῖσ 2 *Bek.Lh.s* ἔψησε: *pDk* ἥψησε cum *K.* liceat huc statim reliquas formas adferre quae cum eis pugnare videntur quae Lhardy et Bredovius rectissime de augmento statuerunt. sunt autem hae praeterea formae: Γ 160 14 ηὐτομόλησε, Z 125 23 ἐοικὼς, H 197 p. 489 20 ἐέργετο, B 119 p. 143 4 ὁρμημένον (recte vero A 158 15 ὁρμέατο), neque ex ipsis Excc. quoniam semel tantum leguntur corrigi possunt. corrigi autem possunt B 124 16 ἧλκον ex εἷλκον A 9 31, Γ 131 22 ἠδύνατο ex A 10 35 ἐδύνατο, et ᾤχετο, qua de forma vd. ea quae exposui ad A 157 38. cf. etiam quae ad A 31 20 de forma ἦσαν adnotavi. reliqua omnia recte se habent. 3 εὔτυκτα: εὔτυχα cum *PFa* 4 γινομένης: γενομένησ 6 Ἀστυάγεϊ: ἀστυάγει vd. ad A 31 39 [*pBek.Lh.D* μηλείων: *ks* μηλέων] 7 Ἁρπάγῳ: ἁρπάγω 9 [*pBek.Lh.* ἔκειτο: *Dks* ἐκέετο] et 12 [*pBek.Lh.* προσέκειτο: *Dks* προσεκέετο] vd. ad H 36 34, Exc. xlv 14 προστάντες: προστάντεσ, cf. Exc. iiij 6 15 [*pBek.Lh.ks* λαβεῖν: *D* λαβέειν] *Bek.Lh.* αὐτέων: *pDks* †αὐτῶν cum *MSFabcd;* vd. ad Θ 118 30, Exc. lvij 24 Ἁρπάγῳ: ἁρπάγω post ἐπέθηκεν (nam sic *p*) legitur μὴ ἀνοχόντι κῦρον, ac χόντι κῦρον quidem extra contextum. fin..

Ex. viij. A 157 p. 68 37 — 160 p. 70 5. Ὅτι πακτύησ πυθόμενοσ ἀγχοῦ εἶναι στρατὸν περσικὸν ἐπεωυτὸν ἰόντα 38 *Bek.Lh.s* οἴχετο: *Dk* ᾤχετο, *p* ὤχετο. male praeterea Γ 131 24 ᾤχετο, recte autem B 119 p. 143 9 et H 164 28 οἴχετο, H 164 38 οἰχώκεε, atque ut etiam ad similes formas respiciatur, H 164 29 κατοίκησε et 165 40 οἰκημένον. vd. ad A 119 p. 54 2. 40 post σάρδεισ (nam ita *p* vitiose cf. Γ 48 13), omissis τοῦ Κύρου — p. 69 2 πρῶτα μὲν, legitur: τοὺσ λύδουσ ἠνάγκασε 3 ἐπιτελέειν: †ἐκτελέειν om. †δὲ κελευσμοσύνης, sed retinendum est δὲ 4 μετέβαλον: μετέβαλλον om. μετὰ τοῦτο 5 ἐς τὴν Κύμην: ἐσ κύμην 7 *Bek.Lh.D* ἀνῷσαι [*ks* ἀνοῖσαι]: *p* ἀνῶσαι cum *Fa* Βραγχίδῃσι: βραχιδησι om. ἦν γὰρ αὐτόθι — 11 (c. 158) ἐς τοὺς Βραγχίδας 11 *Bek.Ds* εἰρώτευν, *Lh.* †εἰρώτων, *k* εἰρώτεον: *p* εἰρώτεν 12 [*pBek.Lh.s* χαριεῖσθαι: *Dk* χαριέεσθαι] cf. Γ 132 40 13 [*pBek.Lh.* †ἐπειρωτῶσι: *Dks* ἐπειρωτέουσι] 14 Πέρσῃσι: περσησι 15 [*pBek.Lh.* ὁρ-

μέατο: *Dks* ὡρμέατο] om. 15 ὁρμεωμένου — 16 πλήθεος 16 post Ἀριστόδικος *p* addit δὲ 18 ἀπιστέων: ἀπιστεύων cum *F* καὶ δοχέων: †καὶ δικαίων(l. δικαιῶν) c. 159, omissis ἀπικομένων δὲ ἐς Βραγχίδας et ἐκ πάντων, incipit καὶ ἐχρηστηριάζετο ἀριστόδικοσ 22 *Bek.Dks* ἐπειρωτέων: *pLh.* †ἐπειρωτῶν cum *MK* 25 κελεύοντες Κυμαίους: κυμαίουσ κελεύοντεσ cum *FK* 27 δηλωθῇ: δηλωθῆ 29 σφι: σφιν 30 Πέρσῃσι: πέρσησι 32 *Bek.Lh.* νενοσσευμένα: †*pDs* νενεοσσευμένα cum *ed. Gen. ex emendat. Porti* ὀρνίθων: ὀρνήθων 33 [*pBek.Lh.s* ποιέοντος: *Dk* ποιεῦντος] 36 τολμᾷς: τολμᾶσ 38 [*pBek.Lh.ks* εἰπεῖν: *D* εἶπαι] οὕτω: οὕτωι. praeter hunc locum, I 73 p. 585 37, infra c. 160 2 et I 33 p. 570 18 (οὕτως), ubique recte scriptum est in Excc. οὕτω. ἱκέτῃσι: ἱκέτησι [*pBek.Lh.s* βοηθέεις: *Dk* βωθέεις] cf. Α'30 11 40 τοισίδε: τοῖσδε cf. Α 9 23 c. 160 2 ταῦτα ὡς: ταῦτα οὕτωσ 4 παρ' ἑωυτοῖσι: παρεαυτοισι. praeter hunc locum et Ζ 125 p. 409 12 ἑαυτοῦ ubique haec vox in Excc. recte scripta est. 5 ἐς Μυτιλήνην αὐτὸν ἐκπέμπουσι: ἐκπέμπουσι αὐτὸν ἐσ μυτιλήνην cum *MF*. fin..

Exc. viiij. (cf. Α 160 11. 12). Ὅτι ἐσ χίον ἐκδοθεὶσ ὁ πακτύησ καὶ ἐξ ἱεροῦ (l. ἱροῦ) ἀθηναίησ πολιούχου ἀποσπασθεὶσ ἐξεδόθη. fin..

Exc. x. Β 77 22—31. Ὅτι τῶν αἰγυπτίων οἱ μὲν περι τὴν 25 ζόης τοιῷδε: ζῆσ (sed recte scriptum est ex. gr. ζόης Α 157 p. 69 4) τοιῶδε *Bek.Lh.* διαχρέωνται [*Dks* διαχρέονται]: *p* δὴ χρέωνται cum *MKPFGronov. Wessel.* 27 [*pBek. Lh.D* †θηρώμενοι: *ks* θηρεόμενοι] [*pBek.Lh.ks* ὑγιείην cum *VMKPFParis.*: *D* ὑγίειαν] 28 νούσους: νόσουσ cum *S.* vd. ad Α 86 7 30 Λίβυας: λιβύασ [*pBek.Lh.Ds* ὑγιηρέστατοι cum *PMKFac*: *k* ὑγιηρότατοι] τῶν ὡρέων ἐμοὶ δοκέειν εἵνεκεν: τῶνωρέων δοκεειν μοι εἵνεκα (δοκέειν ἐμοὶ *F*; εἵνεκα, quod ex. gr. Θ 105 34 *p* et *Bek.* exhibent, *MKF*) 31 μεταλλάσσουσι αἱ ὧραι: μεταλλάσσουσιναι ὧραι. fin..

Exc. xj. Β 119 p. 143 3—10. Ὅτι ὁ μενέλεωσ τυχὼν ἀγαθῶν ἐγένετο ἀνὴρ ἄδικοσ 4 [*pBek.Lh.ks* ἀποπλέειν: *D* ἀποπλώειν] ὡρμημένον: ὁρμημένον cum *VSchaef.*. vd. ad Α 119 p. 54 2 6 τοιοῦτο: τοιοῦτον cum *VSb* 7 δύο: δύω. item Η 229 37. Γ 30 p. 187 5 9 [*pBek.Lh.Ds* οἴχετο: k ᾤχετο]. cf. ad Α 157 38 10 λιβύησ. fin..

Exc. xij. Β 124 p. 148 3—16. Ὅτι μέχρι ῥαμψινίτου βασιλεωσ (vd. de hac forma vitiosa ad Η 213 24) εἶναι 3 Αἰγύπτῳ: αἰγύπτω 4 εὐνομίην ἔλεγον: εὐνομίην †ἔφασαν εἶναι. sed delendum est alterum εἶναι. [*D* εὐθενέειν, *reliqui omnes* εὐθηνέειν] 6 κατακληίσαντα: κατακλήσαντα cum *KV*; cf. Α 31 23 7 ἱρά: ἱερά. vd. ad Α 31 27 post θυσιέων addit *p* τουτέων cum *MFadAld.* 9 ἀποδεδέχθαι: ἀποδέχεσθαι λιθοτομιέων: λιθοτομέων cum *P* 10 οὔρεϊ: ὄρει cum *S.* vd. ad Α 31 39 et ad Α 86 7 [*Dk* τούτων: *reliqui* τουτέων] vd. ad Θ 118 30, Exc. lvij 11 διαπεραιωθέντας: διαπεραιθέντασ 12 ἐκδέκεσθαι: ἐκδέκοσεσθαι

13 *Bek.Lh.Ds* χαλεύμενον, *k* χαλεόμενον: *p* χαλούμενον   οὖρος: ὄρος. vd. ad A 86 7   15 *Bek.Lh.* τῷ λαῷ [*Dk* τῷ ληῷ, *s* τῷ λεῷ]: *p* τῶι ἄλλω (τ. ἄλλῳ *PMCKF*)   δέκα μὲν ἔτεα: δέκα ἔτεα μὲν cum *FS*   16 κατ' ἣν εἶλχον: κατὰ τὴν ἤλχον (κατὰ τὴν etiam *S*). sed vd. ad Z 41 p. 378 2 et ad A 9 31, Exc. j conl. A 119 p. 54 2   ἔδειμαν. fin..

Exc. xiij et xiiij. B 126 p. 149 17—24 et Γ 19 9—19. Ὅτι φασὶ τὸν χέοπα τὸν βασιλεα ἐσ τοῦτο ἐλθεῖν κακότητοσ   20 ὀκοσονδή τι· οὐ γὰρ δὴ τοῦτό γε ἔλεγον: ὀκόσον δήτι· †τοῦτο γε ἔλεγον i. e. hoc saltem (sc. filiam a Cheope in lupanari considere iussam esse ut quantulamcumque pecuniae summam conficeret) narrabant, nam vereor, id quod interpretes vulgatam secuti volunt, ne cui rex illam summam indicaverit 24 quae post αὐτῇ (*p* αὐτὴ) ἕνα in subsequente folio leguntur ‚γλῶσσαν μετῆσαν κτέ.', extant Γ 19. unum igitur folium avulsum esse adparet   Γ 19 p. 182 9 γλῶσσαν μετῆσαν ὀν τοῦ καμβύσου (?) ἐν τούτου ἐκέλευε (10). (corrigendum certe est μετῆσαν et quod minus iam vitiose legitur E 92 7) p. 353 4 ηϊσσαν ex A 158 20 et I 34 28 ἤισαν) [*D* πλώειν: *p* cum *reliquis* πλέειν]   12 ὁρκίοισί τε γὰρ: ὁρκίοισι γὰρ cum *F* 13 ἑωυτῶν: ἑωυτου   16 οὐκ ἐδικαίου: οὐκαιδικαίου   19 στρατόσ. fin..

Exc. xv. Γ 30 p. 186 37 — p. 187 7. Ὅτι ὁ καμβύσησ μετὰ τὸ ἀνελεῖν τὸν ἄπιν αὐτίκα διὰ τοῦτο   p. 187 4 ὅτι τὸ τόξον: ὅτι τόξον cum *Ald.*   5 ὅσον τε ἐπὶ δύο: ὅσον τ' ἐπὶ δύω. (de τ' vd. ad Γ 130 40, de δύω cf. B 119 p. 143 7)   τὸ παρὰ: ὃ παρὰ cum *M*. sed vd. ad Z 41 p. 378 2   6 Ἰχθυοφάγοι: ἴχθοφάγοι 7 post οἷός τε ἐγένετο (*p* οἰοστεγένετο, sed vd. ad Γ 130 40) legitur: καὶ τοῦτον ἐφόνευσεν. fin..

Excc. xvj. xvij. xviij. Γ 33 25—29. 35 32—34. 37 31—35 coniuncta leguntur. Ὅτι ὁ καμβύσησ ἐσ τοὺσ οἰκείουσ (l. οἰκηίους, ut I 33 p. 560 6 ἀρηίους) ἐξεμάνη 26 εἴτε δὴ διὰ τὸν Ἆπιν: εἴτε διατὸν ἄπιν   ἔωθε ἀνθρώπους κακὰ καταλαμβάνειν: ἔωθε ἐν ἀνοισι καταλαμβάνει (l. καταλαμβάνειν conl. Δ 154 p. 297 11)   29 οὐνομάζουσι τινές: ὀνομαζουσί (ὀνομάζ. etiam *S*, sed vd. ad A 86 7) τινεσ. pergitur τι (l. Ὅτι) ὁ αὐτὸσ καμβύσησ· καὶ ἑτέρωθι περσέων (Γ 35 32)   *Bek.D* ὁμοῖα, *Lh.s* ὁμοίους: *p* †ὁμοίωσ cum *Fa. edd. post Steph.* 2.   πρώτοισι: πρότοισι   33 ἀξιόχρεῳ: ἀξιόχρεω   34 κατώρυξε: κατώρυξεν. pergitur: ὁ μὲν δὴ (37 31) καμβύσησ τοιαῦτα πολλὰ   33 ἐν δὲ δή: ὡσ δὲ δὴ cum *MPKF*   34 τὠγάλματι: †τῶι ἀγάλματι. cf. Bredov. l. l. p. 198   35 κατεγέλασε. fin..

Exc. xviiij. Γ 37 p. 191 1—7.. Ὅτι ὁ αὐτὸσ ἐσῆλθε καὶ ἐσ τῶν καβίρων (l. Καβείρων) τὸ ἱρὸν   3 ἱρέα: ἱερέα. vd. ad A 31 27   κατασκώψας: κατασκάψασ 4 ὁμοῖα: ὅμοια. similiter Γ 138 31 *Bek.* ἑτοῖμος, *p* ἕτοιμος   τοῖσι τοῦ Ἡφαίστου: *p* om. τοῖσι cum *MKPF*   om. 5 τούτου — εἶναι   πανταχῇ: πανταχῆ   7 καταγελᾶν. fin..

Exc. xx. Γ 48 11—26. Ὅτι κερκυραίων τ̄ ἀνδρῶν 13 Σάρδις ἀπέπεμψε παρ' Ἀλυάττεα: σάρδεισ ἔπεμψε παρα ἀλυαττεα. perperam praeterea legitur in *p* Σάρδεις A 157 40: recte autem Σάρδις Γ 48 16 et Z 125 11. (similiter etiam τὰς πόλις in eis quae post E 124 27 addidit excerptor). ut statim reliquos casus huius declinationis addam, praeter nominativum qui in his Excc. non extat legitur Σαρδίων Exc. j init., Z 125 6 et Θ 105 38; Σάρδισι autem Γ 129 34 et Θ 106 p. 539 1. 14 (cf. Exc. iiij 6) προσσχόντων: προσχόντων cum *S* 16 ἀγοίατο: ἄγοιαο om. πρῶτα μὲν 17 ἱροῦ: ἱεροῦ. vd. ad A 31 27 18 *Bek.Ds* περιορέοντες, *Lh.* περιορέωντες: *p* †περιορῶντεσ cum *S* 20 ὁρτήν, τῇ: ὁρτὴν τὴν [*pBek.Lh.* †χρέωνται cum *FSal.*: *Ds* χρέονται] 22 χοροὺς: χωρωὺσ (sed 23 recte χοροὺσ) 25 ἐς τοῦτο δὲ τόδε ἐγίνετο, ἐς ὃ οἱ Κορίνθιοι: ἐσ τοῦτο δέ οἱ ἐγίνετο ὅσον οἱ κορίνθιοι (δὲ τόδε *MV*, *vulg.* δέ οἱ) 27 Κέρκυραν: κερκύαν σάμιοι. fin..

Excc. xxj. xxij. Γ 89 p. 214 36 — 215 1 et c. 125 p. 227 31. 32. Ὅτι διὰ τὴν ἐπίταξιν τοῦ φόρου λέγουσι ὡσ δαρεῖοσ (38) 40 ὀλίγωρος: ὀλίγοροσ p. 215 1 σφι πάντα: σφι τὰ cum *MKPFbSuid. v.* Κῦρος post ἐμηχανήσατο pergitur: τι (l. Ὅτι) οὐδε εἰσ (c. 125 31) ἄξιός: ἄξιοσ 32 [*D* μεγαλοπρέπειαν: *reliqui* cum *p* μεγαλοπρεπείην] συμβληθῆναι. fin..

Exc. xxiij. Γ 129. 130 p. 229 24 — 230 10. Ὅτι τὸν βασιλέα δαρεῖον ἐν ἄγρῃ θηρῶν 28 ἔχειν Αἰγυπτίων τοὺς δοκέοντας: ἔχειν τοὺσ δοκ. αἰγ. cum *Suid. v.* Δημοκήδης. 29 ἰητρικήν: ἰατρικὴν cum *Suida.* sed corrigendum est ex Γ 130 p. 230 5 ἰητρῷ, 7 ἰήμασι; Γ 131 25 ἰητρούς, 132 36 ἐξιησάμενος, 39 ἰητρούς. [*Lh.Ds* †ἐχρᾶτο cum *SV*: *pBek.* cum reliquis, ut videtur, ἐχρῆτο] 32 τῇ δὲ δὴ ὀγδόῃ: τῆι δε ὀγδόῃ (δὴ om. cum *S* et *plerisque Suidae libris*) c. 130 40 ὁ δ' οὐκ ὑπεδέκετο: ὁ †δὲ οὐκ ἀπεδέκετο cum *Suida.* quater autem et nonagiens cum et ap. *Bek.* et in *p* ante vocalem legatur δὲ, vel his quattuor locis quibus uterque δ' exhibet, δὲ restitutum velim: A 9 29 δ' ἐμὲ, 159 28 δ' αὖτις, Δ 78 17 δ' ἂν, I 33 p. 570 13 δ' οὔ. restituendum autem est δὲ praeeunte *p* ap. *Bek.* hoc loco, E 92 7) p. 353 5 δὲ ὑποστήσας, Z 124 29 οὐδὲ οἱ, H 35 21 δὲ ἐπύθετο, 39 34 δὲ ἐπ' ἀριστερά, 133 24 δὲ ἐς, Θ 118 22 δὲ ἐπὶ. in Excc. autem, ubi recte *Bek.* δὲ, δ' mutandum in δὲ: A 8 14 δὲ ἀμβώσας, 9 23 δὲ ἀμείβετο. propter analogiam autem cum *p* restituendum est I 33 p. 570 17 οὐδὲ οὕτω (*Bek.* οὐδ'). — idem videtur praecipiendum esse de vocibus τε, οὔτε, μήτε, ὥστε quarum non elisarum et in *p* et ap. *Bek.* triginta extant exempla. hinc corrigendum in Excc. Γ 30 p. 187 5 τ' ἐπὶ, 7 τ' ἐγένετο, ubi recte *Bek.* τε scripsit, ap. *Bek.* autem E 92 7) p. 353 6 cum *p* τάς τε ἐλευθέρας restituendum. eadem denique est ratio particulae γε quae quoniam quattuor illis locis quibus in Excc. et ap. *Bek.* reperitur apostrophum non admisit, etiam A 31 33 γε ἐοῦσα restitutum velim. p. 230 1 ἦ: ἢ 2 κατεφάνη δὲ cum *aS*: κατ. τε cum *rell.* et *Suid.* 7 [*s* χρεόμενος: *reliqui* †χρεώμενος] humore exesa est vox quae post ἤπια sequitur, sed videtur

fuisse μετὰ 8 χρόνῳ ὀλίγῳ: χρόνω ὀλίγω 9 ἐόντα: ὄντα cum *Suida*, sed cf. H 165 p. 477 9 om. ἔτι 10 ἔσεσθαι. fin..

Exc. xxiiij. Γ 130 p. 230 16—20. Ὅτι ὑποτύπτουσα ἑκάστη τῶν γυναικῶν δαρείου φιάλῃι *Lh.Ds* ἐς τοῦ χρυσοῦ τὴν θήκην: *pBek.Kr.* τοῦ χρυσοῦ σὺν θήκῃ (*p* συνθήκῃι) 17 τὸν Δημοκήδεα: δημοκήδεα cum *SPKF* δαψιλέι: δαψιλει. vd. ad A 31 39 20 συνελέχθη. fin..

Excc. xxv. xxvj. Γ 131 et 132 p. 230 21—29 et 36—38. Ὅτι δημοκήδησ ὧδε ἐκκρότωνοσ ἀπιγμένοσ πολυκράτει (l. Πολυκράτεϊ conl. A 31 39) ὡμιλησεν 23 ἐδύνατο: ἠδύνατο. vd. ad A 119 p. 54 2 24 οἴχετο: ᾤχετο (ᾤχετο *F*). vd. ad A 157 38 ταύτην τῷ πρώτῳ: ταύτην πρώτωι cum *Fc* 25 ὑπερεβάλετο: ὑπερέβαλε 26 ἐστὶ: ἐστιν 27 Αἰγινῆται: ..γινῆται (duae litterae exesae sunt) 25 μισθεῦνται: μισθοῦνται cum *S* τρίτῳ: τρίτω Ἀθηναῖοι: ἀθιναῖοι 29 τετάρτῳ δὲ: τετάρτω δε post ταλάντων legitur: ὅτι οὗτοσ ἐν τοῖσι σούσοισι (36) τὸν δαρεῖον ἐξϊησάμενοσ 37 εἶχε: εἶχεν βασιλέι ἐγεγόνεε: βασιλεῖ †γεγόνεε. de forma βασιλεῖ vd. ad A 31 39 38 τἆλλα: *p* constanter τάλλα, cf. Δ 78 p. 270 20 παρῆν. fin..

Exc. xxvij. Γ 132 p. 230 39 — 231 2. Ὅτι καὶ τοὺσ αἰγυπτίουσ ἰήτρουσ οἱ βασιλέα 40 [*pBek.Lh.s* ἀνασκολοπιεῖσθαι: *D* ἀνασκολοπιέεσθαι] cf. A 158 12 διότι: ὅτι cum *KPFac* p. 231 2 ἐρρύσατο. fin..

Exc. xxviij. Δ 132 p. 231 2—5. Ὅτι καὶ μάντιν ἠλεῖον πολυκράτει (l. Πολυκράτεϊ conl. A 31 39) 4 πρῆγμα: †χρῆμα 5 βασιλέι: βασιλεῖ (vd. ad A 31 39). fin..

Exc. xxviiij. Γ 133 p. 231 7—14. Ὅτι ατόσσηι τῆι τοῦ κύρου μεν θυγατρὶ 10 ἔφραζε: ἔφραζεν 11 Δημοκήδεα: δημοκήδην, vd. ad I 116 27 12 ἐπέδεξε cum *SVFParis.*: ἐπέδειξεν (ἐπέδειξε *al.* cum *Suida v.* Δημοκήδης). idem mendum revertitur Z 124 30 ἀναδειχθῆναι, sed recte A 31 29 διέδεξε, Γ 130 p. 230 9 ἀπέδεξε 13 τοῦτο τὸ ἂν: τοῦτο ὃ ἂν cum *Suida*. sed vd. ad Z 41 p. 378 2 14 post φέροντα legitur et in *p* et ap. *Suid.*: καὶ ῃτήσατο (l. αἰτήσατο) τὴν ἐσ ἑλλάδα ἄφιξιν (l. ἄπιξιν conl. A 92 p. 42 2). fin..

Exc. xxx. Γ 138 27—33. Ὅτι οἱ πέρσαι οἱ ἀποσταλεντεσ ἐσ τὴν ἑλλάδα παραδαρείου μεταδημοκήδεοσ ἀναχθέντεσ ἐκτῆσ κρότωνοσ 28 τῇσι νησοὶ: τησι νησοι 30 ἀπήγαγε: ἀπήγαγεν 31 ἑτοῖμος: ἕτοιμοσ. similiter Γ 37 p. 191 4 *Bek.* ὁμοῖα, *p* ὅμοια. 32 *Bek.D* τούτῳ ὅ τι: *pLh.s* †τοῦτο ὅ τι (*p* ὅτι) cum *Fa* 33 γενέσθαι. fin..

Exc. xxxj. Γ 160 p. 242 11—14. Ὅτι ζωπύρου τοῦ τὴν βαβυλῶνα προδόντοσ γίνεται μεγάβυζοσ 12 Αἰγύπτῳ: αἰγύπτω ἀντία: ἀντι 14 αὐτομόλησε cum *SV*: ηὐτομόλησε cum *Wessel.al.*. vd. ad A 119 p. 54 2. περσέων. fin..

Exc. xxxij. Δ 78 p. 270 1—23. Ὅτι σκύλησ ὁ ἀριαπείθεοσ ἐξ ἰστριηνῆσ γυναικὸσ γεννηθεὶσ καὶ οὐκεγχωρίησ· σοφὸσ ἦν τὰ ἑλληνικὰ· τὸν ἡ μήτηρ †αὐτὴ (*Bek.* αὐτη)

2 ἐδίδαξε. μετὰ δὲ χρόνῳ: ἐδίδαξεν· μεταδεχρόνον 3 δόλῳ: δόλω om. 4 Σχύλης — 7 παῖς 8 πολλὸν: πολλοῦ 11 στρατιὴν τὴν Σχυθέων cum *VPKF*: στρ. τῶν σκ. *vulg.* cum *S* Βορυσθενεϊτέων: βορυσθενιτέων 12 Βορυσθενεῖται οὗτοι λέγουσι σφέας: βορυσθενῖται ἔλεγον σφέασ 16 ἐγκληίσειε: ἐγκλήσειε cf. A 31 28 Σχυθικὴν: σκοιθικὴν 17 ἠγόραζε: ηγόραζεν 20 καὶ τἆλλα: καὶ τὰ ἄλλα. ter omnino haec locutio in Exc. reperitur. sed cum Γ 132 38 et Z 121 12 *p* praebeat τἄλλα, etiam hoc loco crasin admittendam atque cum *Bek.* τἆλλα scribendum esse censeo. διαίτῃ: διαίτη 22 ὅτε δὲ διατρίψειε: ὅτεδε διέτριψε 23 στολήν. fin..

Exc. xxxiij. Δ 154. 155 p. 296 36 — 297 18. Ὅτι ἦν †τισ (habes expressam vocem τις quam *Kr.* ex subsequente τῆς eruere voluit) τῆσ χρήτησ πολισοαξὸσ (τῆς Κρ. Ἀξὸς πόλις *Bek.* cum *SV*; ὁ Ἀξὸς *F*; Ὀαξὸς *cdSuid. v.* Βάττος et *vulg.*)· ἐντη ἐτέαρχοσ βασιλεὺσ ὅσ 38 Φρονίμῃ: φρονίμηι ἔγημε: ἔγημεν 39 ἐπεσελθοῦσα: ἐπίσελθοῦσα i. e. ἐπεισελθοῦσα quod praebet *S.* sed praeter hunc locum et Z 121 12 (εἰσ) ubique in Exc. recte legitur ἐς. ἐδικαίευ: ἐδικαίου cum *F* εἶναι καὶ τῷ ἔργῳ: καὶ τῶι έργωι εἶναι cum *SPF* μητρυιή: μητρυὴ 40 [*pBek. Lh.* †μηχανωμένη: *D* μηχανεωμένη, *s* μηχανεομένη] p. 297 4 Ἀξῷ: ὀξῶι 6 *Bek.Lh.* δεηθέῃ, *Ds* δεηθῇ: *p* †δεηθείη cum *Suida v.* Βάττος ἐπείτε δὲ: ἐπίτε (l. ἐπείτε) †δὴ cum *Suida* ἐξώρκωσε: ἐξέρκωσεν 8 περιημεκτήσας: περιεμεκτήσασ 10 [*pBek.Lh.s* ἀπέπλεε: *D* ἀπέπλωε] 11 ἐγίνετο cum *Fa*: ἐγένετο cum *reliquis*, ut videtur ἐξόρκωσιν: ἐξόρκωσι. neglexit librarius lineolam superscriptam qua non numquam ad litteram ν exprimendam usus est. idem mendum notandum est Γ 33 27, Z 74 15, H 164 26, 229 p. 500 10, Θ 106 p. 539 20. c. 155 14 Πολύμνηστος: πολύμνητοσ 16 ἰσχόφωνος: ἴσχνόφωνοσ cum *Suida* 18 λέγουσι: λέγουσιν. fin..

Exc. xxxiiij. Δ 203 p. 313 31 — 314 5. Ὅτι ἐπὶ τῆι χυρηναίων πόλι ἐπέστησαν οἱ πέρσαι μετὰ τὴν τῆσ βάρκησ ἅλωσιν καὶ οἱ χυρηναῖοι λόγιόν τι ἀποσιευόμενοι (sed recte ex. gr. legitur ἀποσιεύμενος Δ 154 p. 297 11) διεξίκαν (l. διεξῆκαν) αὐτοὺσ 34 στρατιῆς Βάρης μὲν ὁ τοῦ ναυτικοῦ στρατοῦ στρατηγὸς ἐκέλευε: †στρατιῆσ· ὅτου ναυτικοῦ στρατηγὸσ ἐκέλευε 37 om. †Ἑλληνίδα πόλιν ἐπὶ Διὸς Λυκαίου ὄχθον: ἐπί τινοσ ὄχθου 39 [*pBek.Lh.* †ἐπειρῶντο: *Ds* ἐπειρέοντο] 40 [*pBek.Lh.* †περιώρων: *Ds* περιώρεον] p. 314 2 post ξ̄ στάδια ἵζοντο pergitur: καὶ τοὺσ αρβανδεω ἄγγελοσ ἐκάλεε· καὶ οἱ πέρσαι χυρηναίων δεηθεντεσ ἐφόδια (l. ἐπόδιά conl. A 92 p. 42 2) σφι δοῦναι ἔτυχον. fin..

Exc. xxxv. E 27 p. 324 2 — 5. Ὅτι ὁ λυχάρητοσ ὁ λιμνίων ἄρχων πάντασ ἠνδραποδίζετο 3 λιποστρατίησ cum *F*: λειποστρατίησ cum *al.* [*pBek.D* †αἰτιώμενος: *s* αἰτιεόμενος] 4 στρατὸν τὸν ἀπὸ Σχυθέων: †στρατὸν ἀπὸ σχυθέτων (artic. om. *PFbSchaef.*, uncis inclusit Kruegerus) 5 ἀποκομιζόμενον. fin..

Exc. xxxvj. E 92 5) p. 351 38 — 352 1. Ὅτι ὁ κύψελοσ ὁ κορινθίων τύραννοσ πολλοὺσ μὲν κορινθίων ἐδίωξεν p. 352 1 *Bek.* δ' ἔτι πλείστους, *s* δέ τι πλείστους, *D* δ' ἔτι πλείους: *p* †δὲ πλείστουσ ψυχῆσ. fin..

Exc. xxxvij. E 92 6) 7) p. 352 4 — 353 11. Ὅτι περίανδροσ ὁ υἱὸσ κυψέλου τυραννεύσασ καταρχὰσ μὲν ἠπιώτεροσ τοῦ πρσ ἐγένετο· ἐπείτεδε 5 Θρασυβούλῳ τῷ Μιλήτου: θρασύβουλον τῶι μιλίτου humore quo liber in superiore margine confectus est exesa sunt verba 6 πολλῷ ἔτι ἐγένετο Κυψέλου et 7 κήρυκα 11 ἄστεος: ἄστεωσ, sed recte legitur I 88 13 ἄστεος 12 [*pBek.* †ἐπειρωτῶν: *Ds* ἐπειρωτέων] 14 αἰεὶ: ἀεὶ, sed recte ex. gr. αἰεὶ B 124 14, I 73 37. 15 κολούων δὲ: †κολούων τε 16 τρόπῳ τοιούτῳ: τρόπωι τοιῶδε 17 ἔπος: ἕωσ 21 *Bek.s* θωυμάζειν cum *S al.*, *D* θωμάζειν: θαυμάζειν, sed cf. H 134 p. 463 8 ἀποπέμψειε: ἀποπέμψειεν 23 πρὸς Θρασυβούλου: προθρασυβούλου. videtur autem ex eo mendorum genere esse quod notavi ad A 86 6. 24 συνεὶς cum *f*: συνιεὶσ cum *reliquis* ut videtur νόῳ σχὼν cum *SV*: νόωι ἴσχων (cum *reliquis?*) 25 [*pBek.* ὑπειρόχους: *Ds* ὑπερόχους] 28 ἀπετέλεσε: ἐπετελεε (ἐπετέλεσε *S*; ἀπετέλεε *PF Schaef.*) μιῇ δὲ ἡμέρῃ: μῆι δὲ ἡμέρη 34 ῥιγοῦν τε γὰρ καὶ εἶναι γυμνή: ῥιγοῦν τεγὰρ καὶ ἀγυμνή 35 εἱμάτων cum *SVSchaef.*: †ἱματίων cum *Fal. Wessel.* cf. A 10 39, Exc. j ὄφελος: ὤφελον 37 ψυχρὸν τὸν ἰπνὸν: ψ. ἴπνον p. 353 2 ἐούσῃ Μελίσσῃ: εούσῃ μελίσσῃ 4 ἤισαν: ἠΐσσαν. vd. ad Γ 19 10 5 ὁ δ': †ὁ δὲ, vd. ad Γ 130 40. verba ὑποστήσας τοὺς quae in textu secuntur humore deleta sunt om. 6 ὁμοίως τάς τ': †τάστε. vd. ad Γ 130 40 8 κατέκαιε: κατέκαιεν 9 ἔφραζε τὸ εἴδωλον τὸ Μελίσσης: ἔφρασσον τὸ εἴδωλον τῆσ μελίσσησ 10 κατέθηκε: κατέθηκεν παρακαταθήκην. fin..

Exc. xxxviij. E 124 p. 363 24 — 27. Ὅτι ἀρισταγόρασ ὁ μιλήσιοσ ἦν ὡσ διέδεξε ψυχὴν οὐ καίηροσ (possit etiam legi καίκροσ) ὀσταράξασ τὴν ἰωνίην 27 ἐβούλευε ὀρέων ταῦτα: ἐβούλεε· †ὁρῶν τὰσ πόλισ ἁλισκομένασ ὑπὸ περσέων. fin..

